17.

tue benigne recepimus et devocionem tuam, quam erga beatum Petrum et ecclesiam Dei et ex eis te habere perpendimus in Domino collaudamus. Nos ergo tuum laudabile votum de ecclesiis, pro quibus rogasti, adimpleri volentes, peticioni tue duximus annuendum. Unde venerabili fratri nostro archiepiscopo Magdeburgensi per scripta nostra mandamus, ut secundum quod a nobis postulasti studeat hoc effectui mancipare. Preterea dilectum filium nostrum ac prepositum Misnensem et canonicos suos habeas propensius commendatos, ut eos a pravorum hominum incursibus defendas atque in suis opportunitatibus iuves et manuteneas.

Datum Tusculani V° Nonas Marcii.

Hic interserere libuit, ut defensio Misnensis ecclesie dinoscatur ad marchiones pertinere etiam auctoritate apostolica etc.

Anno Domini M°C.LII° Conradus imperator obiit, cui successit Fredericus dux Suevie qui Fredericus anno expost tercio ab uxore sua propter notam adulterii auctoritate pape a thoro cum ea divorciatus est. Anno denique M°C°LVI° Conradus Misnensis et Orientalis marchio gracia divina se preveniente incertitudine vite sue considerans timensque, ne si labenti mundo diu inhereret, ipse quoque simul ad lapsum traheretur, ipsum mundum relinquere et monasterium petere stabili secum proposito diffinivit. Volens autem ecclesie Sereni Montis, ad quam anhelabat, quam iam sufficienter prout opportunum fuerat, locupletaverat, etiam in futurum prospicere, Wichmanno archiepiscopo, filio sororis sue Mechtildis, ac Alberto marchioni Brandenburgensi, genero suo, filiis etiam suis omnibus multisque aliis ecclesiasticis et secularibus viris nobilibus et ministerialibus accersitis, ad locum

2 ex eis (Ed.)

hoc

Misnen

tusculani ? ~~Eusch. ... Tusculani?~~

intersere

+ f. CCLVII

Misnen

Misnen

incertitudine